



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

102. Echinus. Ex Ambr. I. 5. hex.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

de mari in lacus eorum apertos, atque ibi falsamenta populari, conuertit in se custodum indignationem assidue furum immodici. Sepes erant his obiectæ, sed has transcendebat per arborem, nec deprehendi potuit nisi eanum sagacitate. Hi redeuntem circumuolare noctu, conciti que custodes expaue re nouitatem. Primum omnium magnitudo inaudita erat, deinde color maris obliti odore diti. Quis ibi polyppum expectasset, aut ita cognosceret? cum monstro dimicare sibi videbantur. Namque & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, nunc robustioribus brachijs clauarum modo incussos, ægre que multis tridentibus confici potuit. Ostendere Lucullo caput eius dolij magnitudine, amphoratum xv, capax, atque (vt ipsius Trebij verbis utar) barbas, quas vix utroque brachio complecti esset, clauarum modo torosas, longas pedum acetabulis siue caliculis vrbalibus peluuum modo, dentes magnitudini respondentes. Reliquæ asseruatæ miraculo, rependere pondo dcc.

le(marinum loquor) plerumque index futuræ tempestatis, aut tranquillitatis adnunctus esse solet nauigantibus. Denique, cum procellam ventorum senserit, calculum validum arripit; eumque velut saburram vehit, & tanquam anchoram trahit, ne excutiat fluctibus. Itaque non suis se librat viribus, sed alieno stabilit, & regit pondere.

P O M P I L V S  
natans.

Ex Plinij lib. 9. cap. 13.

Descriptio CIII.

Pompilus supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facile nauiget. Post duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. Qua velificante in auras, cæteris subremigans brachijs, media cauda, vt gubernaculo se regit. Ita vadit alto, liburnicarum gaudens imagine, & si quid pauoris interueniat, hausta se mergens aqua.

E C H I N V S.

Ex Ambrosij. Hexam. c. 9.

Descriptio CII.

Echinus animal exiguum, vile, ac despicabi-

D E S C R I P T I O N E S I N  
animorum.

I N S V L Æ F O R T V N A T Æ.

Ex Platone, in Axiocho.

Descriptio CIV.

Οσοις μὲν οὖν ἐν τῷ ζῆν δαίμων ἀγαθὸς ἐπέπιπτε, εἰς τὸν ἴψ' εὐσεβῶν χῶρον οἰκίζονται, ἐνθα ἀφρονὶ μὲν ἔρασι παγκράτιος γονῆς βρόχοι, πηλαὶ δὲ δάκτων κλαυρῶν ἴεσι, παπτοῖσι δὲ λειμῶνες ἀνθεσι ποικίλοις ἐπιζόμενοι.

Quibuscumque in vita fors melior aspiraue- rit, sedes incolunt piorum, vbi omnes horæ scætant omnigena fructuum vbertate, fontes puris labuntur aquis, varijs prata floribus innumera vernant. Conuentus sunt Philosophorum, theatra poetarum; exultantium co-  
Cccc  
ρονæ,